1

Instrumentum institutionis et Collationis Cappellaniæ beati Mathei apostoli et Euangelistæ in Eclesia beatæ Mariæ de uitraco per uenerabilem uirum dominum Matheum bardeti utriusque juris bacchellaureum et priorem de Senhalaco fundata et ordinata

In nomine domini amen. uniuersis et singulis præsentibus et futuris præsentes publici seriem uisuris lecturis ac etiam auditturis patefiat quod anno natiuitatis ejusdem domini millesimo quatercentesimo sexagesimo septimo in dictione decima quinta cum eodem anno et moræ romanæ Curiæ sumpta die uero decima mensis januarii pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini pauli diuina prouidentia papæ secundi anno quarto Cum uenerabilis uir dominus Matheus bardeti presbiter utriusque juris bacchellaureus habitator mansi de bedriaco parrochiæ de uitraco priorque parrochialis Ecclesiæ sanctæ genouefæ de Senhalaco ruthenensis diocesis pro salute et redemptione animæ suæ et parentum suorum deo ipsum inspirante fundauerit et edificari fecerit suis propriis sumptibus et expensis in Ecclesia beatæ Mariæ de uitraco dictæ ruthenensis diocesis et ex licentia tamen et Consensu reuerendissimi in Christo patris et domini nostri ruthenensis Episcopi domini parrochianorum dictæ Eclesiæ uidelicet quamdam Cappellam ad honorem dei et uirginis Mariæ ejus piæ genitricis et sub titulo beati Mathæi apostoli et Euangelistæ et ipsam Capellam de libris calice pannis altaris uestibus sacerdotalibus Canctis et aliis ornamentis necessariis dotauerit et ornauerit, ac etiam acquisiuerit Eidem Cappellæ a nobilibus Georgio et petro de blancafort alias de belregart patre et filio dominis dicti Castri de belregard Certos redditus annuos et perpetuos percipiendos et leuandos annis singulis et perpetuo in supper joannæ bertrandi mansi dEspinasse parrochiæ de orliagueto uidelicet octo Cartones frumenti, nouem Cartones siliginis, octo Cartones auenæ, unum Cartonem pisorum et ensura de belregard

jtem plus unum solidum t. bone fortis et antique monete
jtem plus manuperas tres tam boum quam personarum
et unam gallinam [illegible] censuales et renduales cum
eorum directo dominio et cum senioria et juris ditione
ac exercitii justitiae per dictos dominos insuper dictos fourme
bertrandi habere solidos. Item plus super adhemarum
gros [illegible] parrochia santas genouesse decem et octo
cartones siliginis mensura de guiolla et septem solidos
turonenses bone fortis et antique monete et cum eorum
directo dominio. Item plus in et super hominis mari
de uedrinis parrochie de uitraco videlicet super martinum
capoulade et uxore sua decem cartones siliginis, novem
cartones avene tres solidos turonenses unam gallinam
cum dimidia. Item super Guillielmum Corrieu octo
cartones siliginis, septem cartones avene duos solidos
turonenses sex denarios et obolam t. et unam gallinam
jtem super petro bordeti sex cartones siliginis, novem
cartones avene unum solidum t. Item super joannem
joany alias Corti octo cartones siliginis, septem cartones
avene duos solidos turonenses, et mediam gallinam item
super agnetem bordetam decem cartones siliginis decem
cartones avene tres solidos turonenses totum [illegible]
de Guiola, quos quidem redditus dicti mansi de uedrinis
idem dominus Mathaeus bordeti titulo emptionis acquisiuit
a nobili joanne de veterisuia de monte salui parrochia
de junhiaco sancti flori diocesis solvendos et percipiendos
terminis in instrumentis acquisitionum contentis et
expressatis et hec pro sustentatione vite presbiteri per
ipsum dominum Mathaeum bordeti instituendi et ordinandi
tamquam patronum et fundatorem dicte cappellanie, et quod
presbiter instituendus teneatur et debeat sub periculo animae
sue et sub foro conscientie sue celebrare seu celebrari
facere tres missas in hebdomada nisi fuerit excusatus
legitime videlicet unam de mortuis, secundam de spiritu
sancto et tertiam de sancta Maria, et voluit et ordinavit
predictus fundator quod post decessum ipsius patronatus
seu collatio predicte cappellanie expectet ad agnetem
bordetam neptem suam germanam heredem domus
sue paterne et voluit et ordinavit quod patronus
qui erit quando contigerit dictam cappellaniam vacare
conferat uni sacerdoti de parentela domus sue paterne

[illegible] dicti patroni [illegible]
[illegible] quo [illegible]
descendentium [illegible] successione dicta agnatis [illegible] Capellania
semper remaneat in domo sua paterna [illegible]
essent praesbiteri [illegible] clerici dum tamen habeant
tonsuram simplicem vel eisdem detur infra annum quod
dicta Capellania detur vel conferatur illi clerico et eidem
possit conferri per ipsum patronum et interim donec et
quousque idem clericus sit infra sacros ordines constitutus
ipse idem patronus teneatur et debeat facere servire
dictam Capellaniam per alium praesbiterum per quem sibi
placuerit ad votum seu voluntatem dicti patroni cum
redditibus dictae Capellaniae et quod dictus clericus nihil
recipiat de redditibus [illegible] praedictis donec infra sacros
ordines sit constitutus sibi collata dicta Cappellania ; et
quod dictus patronus possit et valeat instituere et destituere
ac privare et alteri conferre toties quoties esset locus
privandi et destituendi propter culpam criminis vel delicti
aut negligentiae vel defectus celebrandi supra dictas tres dictas missas
in hebdomada vel non faceret moram [illegible] in
praesenti parrochia seu residentiam : Item voluit et
ordinavit quod casu quo patronus seu haeres domus suae
paternae acquirebatur tantos redditus quantos ipse acquisivit
in manso de Vedrinis a dicto nobili Joanne de Vederi via
idem haeres seu patronus possit et valeat illos sibi retinere
tradendo similes dictae Capellaniae cum hoc quod sit prope
vel infra duas leucas de dicta Cappellania et dictus haeres
teneatur assimilare et amortisare a dominis Comite
Armanhaci vel rege sicuti sunt illi vel ipse fundator
fecit de dictis redditibus suis propriis sumptibus et expensis
et ita instituit et ordinavit idem dominus Mathaeus
Bordeti instituens praefatam Capellaniam cum protestatione
quod ipse possit et valeat si eidem videatur dictam institutionem
vel per se vel per alios jurisperitos si necesse fuerit
corrigere et emendare aut mutare per augmentum et non
alias nunc vel in futurum : Et ibidem incontinenti et
[illegible] alio temporis intervallo in mei notarii publ. ; et
testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et
rogatorum praesentia personaliter constitutus [illegible]
[illegible] praelibatus dominus Mathaeus

[illegible] praesbiter et utriusque juris baccalaureus
[illegible] et praesbiter supra dictus attendens et considerans
[illegible] piorum honestatem scientiam et alia uirtutum
[illegible] domini petri bordeti ejus nepotis germani filijque
[illegible] joannis bordeti quondam mansi de
legitimi et naturalis [illegible] dominus Mathaeus fundator eidem
uolens igitur praefatus [illegible] amorem dei manus adiutrices
praesbitero ejus nepoti [illegible] dictae Capellaniae ipso uiuente
porrigere Cupiensque etiam [illegible] ut diuinus cultus non
de seruitio ecclesiastico [illegible] augeatur et ad finem ut praedictus
diminuatur sed potius augeatur et ad finem ut praedictus
dominus petrus bordeti eius nepos melius feruentius et
deuotius deo in dicto officio praesbiteratus deseruiat et
pro parentibus et benefactoribus suis domino nostro jesu
Christo et beatae gloriosae uirgini mariae totique Collegio
Ciuium supernorum preces effundat ac etiam pro titulo
et nomine et ex Causa tituli sui ad finem ut praedictus
praesbiter ejus nepos in opprobrium sui officij sacerdotalis
aliqualiter mendicet igitur praemissis attentis ac alijs
attendendis quae suam mouent animam praelibatam capellaniam
tenore huiusmodi ueri praesentis publici instrumenti praedicto
domino bordeti praesbitero ejus nepoti germano ibidem
praesenti requirenti et acceptanti totaliter Contulit
donauit et assignauit et in illa una cum suis juribus
obuentionibus redditibus et pertinentijs uniuersis in nomine
domini prouidit ipsumque in possessionem generalem realem
corporalem et actualem seu quasi dictae Capellaniae
omniumque jurium redditurum et pertinentiarum ejusdem
per tactum manuum dexterarum ipsorum osculo pacis
mutuo uicissim et ad inuicem facto faeliciter inuestiuit
posuit et induxit de eisdem pleno jure iniungens sibi
et praecipiens et onerans ipsum quod ipse dominus petrus
bordeti praesbiter et Capellanus dictae Capellaniae debeat et
teneatur Celebrare seu celebrari facere dictas tres missas
in hebdomada sub periculo animae suae et alia facere
prout supra Continetur de quibus omnibus uniuersis et singulis
supra dictis praelibatus dominus Mathaeus bordeti uoluit
et Concessit mihi notario infra scripto iussit et praecepit
praedictis agneti et domino petro bordeti ~~praesbitero~~ dicto fratribus
et eorum utrique insolidum fieri unum et plura publica
instrumenta per me notarium infra scriptum et quod

possit et valeat Corrigi [illegible] emendari, sunt et plurie
dium Consilio correctionum modo cujuslibet sapientis et
jurisperiti facta tamen principalis substantia in aliquo non
mutata acta fuerunt hac apud locum de Senhalaco in domo
seu Caminata dicti domini prioris praesentibus ibidem
venerabilibus viris dominis Joanne molinerii et Stephano bessonis
praesbiteris dicta parrochia Joanne molinerii incola et guiberto
stampa lapierda omnes parrochie praedicta de Senhalaco ruthenensis
diocesis testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis
et me Joanne balani
Messire Pierre Bordet